 li datur licentia ab excoicatis accipiendi
 propter necessitatem. Tertio vxor exco/
 municati excusatur a participatioe cu
 viro suo excommunicato. Quarto filij
 excusantur a participatioe patris exco/
 municati. Et hoc intelligitur fm Guil.
 de filijs qui adhuc sunt in potestate pa/
 tris z commensales patris. Alij vero fi/
 lij extra domum patris existentes: non
 excusantur. similiter serui et ancille q an/
 te excoimunicatioem fuerunt in seruitio
 illius d'ni excoimunicati. Quinto prope
 ignorantia: cu quis ignorat illu esse excoi/
 catu. Quid aut si sciam habitu aliquoz
 esse excoicatu: h actu no aduertoz com/
 munico ei. R'ndeo fm Guil. Si hoc fa

Sequarto

do subito non aduertedo: credo q nō
 pecco nec excommunicatōem icido. **Q**
 uerit vtz si excoīcatus intret eccle/
 siam alij teneantur exire. Rñdeo scdm
 Ray. si manifestū est illū eē excommu/
 nicatum etiā alij exire tenentur vl' p'cu/
 raē q ille exeat. xi. q. iij. sicut apli. Quid
 si excoīcat' irrat ecclesiam z sacerdos iam
 incepit missam. Rñdeo fm Ray. si est
 occultū: non debet dimittere officū. Si
 vero est manifestū. moneat eum publice
 vt exeat. Et si quidē non vult exire et sa/
 cerdos non inchoauit canonē: nō debet
 pcedere sed debet dimittere. Si vero p
 usq' ille intraret ecclesiam vel p'usq' sa/
 cerdos eum videret iam canonez incho/
 auit: debet sacerdos pcedere in officio:
 ita tamē q finito canone vel sumpto sa/
 cramento anteq' dicat cōmunionē mo/
 near illum q exeat. Quod si non vult:
 potest sacerdos eum eijcere: z si non po/
 test reijci: in sacrificiam rediens dicat cō/
 munionem z reliqua que post canonem
 restabant. **Q** ueritur si quis
 assurgat vel reuerentiā exhibeat alicui
 excommunicato: vl' inclinēt se salutanti
 se: aut moneat labia quasi resalutans
 eum cum tamē nihil dicat: quid d' illo?
 Respondeo scdm Guil. non incurrit ex/
 comunicatōem: quia pene non sunt ex/
 tendende sed restringēde. Unde q ver/
 bo salutarur ab excommunicato non de/
 bet eum resalutare sed dicere pōt deus
 vos vel te emendet z hmōi. Sciendum
 q quis scienter ab excommunicato mu/
 nus recipit inducendus est: vel q in p'
 os vsus conuertat. Vel etiā benefa/
 ceret si ad ruborem inducēdum excom/
 municato remitteret. Fremytrum exco/
 municatis possit aliquid dari? Rñdeo
 fm Guil: q pōt causa humanitatis z in/
 sustentatōe vite. scz qn indigētes sunt: et
 hoc intelligesolū quo ad necessaria vite
 vt alimēta: vestes z hospitia. Sic tamē
 q p' hoc nō dimittāt laboraē p' abso/
 lutōe. Sec' si petat alia vt cōsilia: vt secu

rimyl' fossorū z hmōi: que non sunt eis
 pcedenda. xi. q. iij. qm multis Sz qd si
 vryocat excoīcatū ad mēsam nunq' dvy/
 or poterit ad ipam mēsam comedere z
 Rñdeo fm Guil. credo q non. tñ pote
 rit ad aliā mēsam i eadē domo ita remo
 te q merito posset dici q nō comedat si/
 mul. Quid si i aliqua domo hospitarus
 sum ad mēsam z supueniarz ingerat se ex/
 comunicat': nūqd teneor surgere? Rñ/
 deo fm Guil. Si ē public' excoīcat': te/
 neor surgere: nō obstāte cuiuscūq' scan/
 dalo. Si ē occult' z nō possuz sine ei'
 nota: nō teneor surgere. Sz supuenien
 te publico excoīcato an ego teneaz exire
 de domo. Rñdeo fm Guil. nō: imo erz
 si scio publice excoīcatū receptū eē in ali/
 qua domo possum ibi hospitari si sit tā
 te capacitatis sic q possū cōmunionē vi/
 tare. Nā licet mihi cū excommunicato in
 eadē camera comedere. h nō in eadē mē/
 sa. Silt' nec i eodē loco iacere. Quid si
 veniā inuitat' ad aliq' festū vl' p'uiuiū:
 z iuenio ibi publice excoīcatū: teneor re/
 cedere. Rñdeo q sic: nec debeo ibi epul/
 lari lz sedeat ad aliā mēsam. qz oēs talif
 cōueniētes ad festū vl' cōiuiū sil' inuicē
 cōmunicare dicunt. Qz aut snia platoz
 valde horrenda est z contemnti val/
 de p'iculosa. ex hoc patz. quia constitu/
 it eum i inimicitia dei. Vñ exēplū legit'
 q Greg' papa' nō' qndā diuitē excoīca/
 uit. Qui cū p'temneret excoīcatōez pa/
 pe tunc miraculo dei cōtōie q nificā/
 runt sup domū ei' recesserunt: z nidum
 transtulerunt ad domum alteri'. Qd
 vidit dictus contumaz z ammonit' a co/
 gnatis suis q h idē cōsiderauerūt i cō/
 nijs. postea hūiliauit eoz suū petēs abso/
 lutōem. Et q cito absolut' fuit a snia il
 la tunc dicte cōtōie redierit z nidū suum
 supra domū suā reportauerūt. Itē aliq'
 exemplū. legit' q i ecclesia sc'i vincenti
 martyris multi passerēs solebāt itraē
 z ecclesiam fedarez diuinū officū ipediē.
 Cum aut non possent excludi: ep's illr

precepto

loci eos excoicauit mortē comminās eis si eccliam deinceps intrarēt. Qui ab ecclia recedentes nunq̄ oīno eccliam intrauerunt: imo si aliquis aliquem capiari violent in eccliam ponat: statim moritur. **I**tem sciendum cum quāto conatur diligentia confessionē penitētiā tibi impositam debeas adimplē: qz negligētia z contēptus penitētiē inūctē facit confessionē p̄cedere non valere. **U**nd in hoc casu sicut in alijs quattuor casibus infrascriptis confessio est tibi iteranda. **P**ro quo sciendum q̄ sūt q̄rtuor casus communes v̄sitati i q̄bus doctores dicunt confessionē eē iterādam. **P**rimus ē p̄t enormitatē sceleris ob quā oportet peccatorē ad sup̄iorē remitti q̄ confessionē remissi audire debet z ab soluere: nisi malit alteri committere. tūc talis peccator tenetur illa peccata reiterare p̄ quibus missus ē ad sup̄iorem p̄ absolutōe. **S**z p̄mus confessor d̄z eum absoluere ab illis a q̄bus potest: nisi p̄fitens excommunicatus sit maiori excoimunicatōe qz tunc a nullo p̄cō p̄t absolui talis confitēs nisi ante sit absolutus ab excommunicatōe: qz scdm̄ doctores absolutio ab excommunicatōe debz p̄cedere absolutōem p̄cōz. **S**cōs casus prop̄t ignorātiā sacerdotis: v̄t p̄te quādo sacerdos ignarus est: querendus tunc ē sacerdos qui sciat ligare z soluere: z cum hoc discernere differentiam p̄cōz: z ei iterum confitendum ē v̄t licētia prop̄t sacerdotis vel autoritate superioris. **E**x quo patet q̄ illi seipsos decipiunt qui ignaros z illiteratos sacerdotes querunt. **T**ertius casus est si p̄fessio nō fuit itegrā qz scient obticuit aliq̄ mortale peccatū: aut etiam si accessit cū voluntate ammōylteri peccādi. **Q**uartus si p̄tēp̄t v̄t neglexit satisfacere: z oblitus ē satisfactōem sibi iniūctā: **N**ā si sciret eā implere vellet cū p̄a p̄tritoz cū bono p̄posito p̄fessus eēt: n̄ oportet reiterare p̄fessionē. **E**t intelligunt isti

duo vltimi casus quādo mutat sacerdotē. **S**i autē ad eundē sacerdotē reuertit: tūc distinguendū est. qz aut recenter ac nouiter cōfessus est: aut tū de memoria sunt elapsa ab ip̄o sacerdote p̄pter diurnitatē t̄pis. in primo casu. s. qn̄ peccata p̄fessa adhuc sunt in memoria sacerdotis: tūc nō tenet om̄ia reiterare: s̄ solum illud peccatū qd̄ scienter obticuit. v̄t etiam illā fictionē q̄ cū voluntate amplius peccandi ad p̄fessionē accessit. **S**ed in casu secūdo. s. quādo peccata sunt elapsa a memoria sacerdotis: tūc tenet om̄ia reiterare etiā si decies esset p̄fessus z sp̄ aliquod peccatū scienter obticuisset: tunc oēs iste p̄fessiones sunt reiterande. qz p̄fitenti vnū peccatū mortale non dimittit a deo sine alio. **V**ersus. *Larga dei pietas veniā nō dimidiabit. Aut totum aut nihil te lachrymante dabit.*

Casus papales.

Ubi man⁹ v̄solētās mittit in clericum vel religiosum. vel q̄ mādat. vel factū eius noīe ratū habet: excoimunicati sunt z mittēdi ad papam. **I**tem incendiarij vel fractores eccliarū seu locoz religiosoz aut cimiterioz excoicati sunt ip̄o facto: z an̄ denūciatōne ab ep̄o absoluūtur: post denūciatōz nō nisi a papa. **I**ncendiarij aliarū domoz nō religiosaz excoicandi sunt. **S**i ergo excoicati sunt z denūciati mittuntur ad papā. **I**tem de ingressu religionis symoniace q̄ dant v̄t q̄ recipiunt: mittunt ad papam. **I**tem q̄ phibent excoicatis z interdicitis ne moniti exeant eccliam om̄es excoicati sunt z mittēdi ad papā. **I**tem qui grauāt eos q̄ tulerūt sn̄iam vel dāt licentiā grauādi eos q̄ tales litteras tulerūt ad papā. vel eos quoz occasione sunt plate sn̄ie. **I**tem q̄ falsificāt bullā vel lrās aplicas. **I**tem clericus p̄cipās sciēter z sp̄ote excoicato a papa in diuini excoicatus est z mittēdus ad papā.

Casus episcopales

Laspematores dei z scōrū. **I**tem

Se quarto

fractores votorum. Item periturus scilicet in iudicio. vel etiam qui recipit iuramentum illius quod scilicet false iurare. Item falsus testis in iudicio. Item sortilegi: et qui demones inuocant pro furto manifestando. Item qui carminant homines vel pecora vel qui crediderunt eisdem carminibus: et fecerunt se scilicet carminari: et sic de alijs diuinationibus quibuscumque. Item qui de florat virginem. Item qui committit adulterium. Item qui committit incestum cum consanguinea: et si committit cum consanguinea uxoris sue: a modo non potest petere debitum ab uxore: sed tenetur reddere. Item qui peccauit cum paganam vel iudeam. Item qui peccauit contra naturam commisit cum seipso vel cum alio vel cum bruto animali coeuit. Item qui contraxit matrimonium post votum castitatis emissum. Item qui contraxit matrimonium post sponsalia cum alia. Item qui clam destine contraxit matrimonium vel contra interdictum ecclesie. Et nota quod clam destina matrimonia duobus modis fiunt. Uno modo cum occulte et sine presentia testium contrahunt: ita ut exinde legitima probatio non appareat. Alio modo dicuntur clam destina cum sine solennitatibus contrahunt consuetis in facie ecclesie. Ideo autem clam destina coniugia prohibentur quia si talia contraherent discordes fierent. et cohabitatio inter uicem non haberet. ecclesia eos compellit ad cohabitandum neque: id est necesse est in facie ecclesie habere: ut autem foris ecclesie matrimonia contrahantur. Item qui vel qui peccauit aborsum vel sterilitatem siue in se siue in alia. Item oppressores filiorum ex proposito sine conatu. Item parentes qui negligenter pro uero aut baptismum decedunt. Item mulier qui concepit a non suo viro legitime. quem uir credens filium suum in primu dicitur aliorum heredem instituit. Item qui illicitate peccat quod uir non potest cognoscere uxorem suam. Item qui machinat in morte legitime sue: et e converso. Item qui cognouit moniale consecratam vel non consecratam: siue fuerit uxor siue non. Item mulier cognita a viro religioso. Item ille qui peccauit cum ea quam baptizauit

vel cuius confessionem audiuit. Item qui baptizauit puerum proptum absque necessitate: vel tenuit ad baptismum seu confirmationem. Item clericus seu presbyter cuius negligentia furtum sublatum est ab ecclesia. Item sacrilegi qui furtum committunt in locis sacris. Item violatores ecclesiarum seu cimiteriorum per effusionem sanguinis vel seminis. Item qui cum aqua benedicta vel chrisma te vel baptismate vel cum eucharistia vel alijs sacris vel sacramentis maleficia exercent. Item qui credidit hereticam prauitatem absoluedus est quo ad peccatum. sed non ab excommunicatione nisi a papa vel eius licentia. Item symoniacus in beneficio non curato. sed post resignationem quo ad peccatum: sed non quo ad dispensationem. Item qui celebravit excommunicatus quo ad peccatum: sed non quo ad irregularitatem. Item qui celebravit in altari non consecrato vel sine sacris indumentis vel non ieiunus. Item ordinatus ab alieno episcopo sine licentia proprii episcopi quo ad peccatum. Item clericus per saltum promotus quo ad peccatum: sed non quo ad dispensationem. Item qui luxurauit in ecclesia maxime consecrata. Item qui contra mandatum episcopi sepeliuit corpora excommunicatorum vel manifestorum usurariorum. Item usurarius cuius peccatum non dimittitur nisi restituat ablatum. Item omnis publicus criminofus. Item qui confectum falsum instrumentum. Item raptorem mulierum. Item falsarium litterarum vel monetarum. Item omnis homicida uoluntarius vel casualis. Voluit tamen domini decanus et capitulum bambergense. quod homicide et oppressores filiorum uoluntarii et ex proposito mittantur ad papam et ad sedem apostolicam: propter horrorem criminis in terrorem aliorum: non tamen propter necessitates iuris. Versus de casibus papalibus. Ad papam feriens clericum. falsarius. uolens Ecclesiam. symoniacus celebrare ligatus. Iussu prelati nolens exire ligatus. Versus de casibus

precepto

episcopalis. Qui facit incestum: de/
florans. aut homicida. Sacrilegus. pa/
tris percussor. vel sodomita. Et voti frac/
tor. p̄iurus. sortilegusq;. Suscipiens fur/
tum. faciens symon. ordine sacrum Fal/
sum testificans. partum qui suffocat ei?
Raptor. adulterium. dans toxica. vel
fenerator. Accumbens pecudi. pueri ne/
glector alendi. Qui propum tradens
dominū macrare videtur. Furtum susci/
piens. es doris et ecclesiarum. Si quis
commisit maleficia cumq; sacratis. At/
q; heresis fautor. rapiens furtim sacra/
mentum. Si quis maiori manet ex ana/
themate vincens. Pontificem querat.
nec nō qui miserat ignem.

De ieiunio.

Bedire etiam debet libet̄er pre/
lato suo quilibet quādocūq; p̄/
cipit ieiunare sub p̄cepto. quia
quācumq; transgressus fueris ieiunium qd̄ ē
sub p̄cepto ecclesie sciēt̄er et sine causa et
ex p̄temptu peccas mortaliter. Secus
est si ex causa rationabili solueres ieiunium.
Unde queritur de pauperibus et
mēdicātib; vtrum obligēt̄ur ad ieiu/
nium ecclesie. Respondeo fm̄ Tho. se/
cūda sc̄de. q. c. lviij. Si possunt habere
tātum simul q̄ sufficeret ad vnam come/
stionem nō a ieiunio excusant̄. Similit̄
et quādo p̄pter p̄cedentē inēdiam ieiu/
nium ferre nō possunt. Ex isto possum?
elicere q̄ isti potius ad ieiunium obligant̄
qui habēt sufficiēt̄er comedere et bibere
et etatem et vires ad hoc. Quid de pere/
grinātib; et laborātib;? Respondeo fm̄
Thomā vt supra. Si pegrinatio et la/
bor cōmode possunt differri vlt̄ dimini/
absq; detrimento: nō sunt p̄pter hoc iei/
unia ecclesie dimittēda. Si aut̄ immi/
near necessitas multū laborandi vlt̄ ma/
gnas dietas faciendū: si simul cū hoc nō
possunt ieiunia obseruari: nō obligatur
homo ad ieiunādum. Videt̄ tamen in/
talibus esse recurrēdum ad superioris dis/
pensationem: nisi forte nō esset consuetū

quia p̄lati dissimilantes videntur anue/
re. **R** Quid de mulierib; p̄gnā/
tib; et lactātib;? Respondeo si necessi/
tas debilitat̄ corp̄alis impedit eas: nō
tenēt̄ur ad ieiunium. imo si timeat̄ p̄ba/
bilit̄ de piculo earū vel abortu nō solum
p̄nt h̄ tenent̄ solue ieiunium. sic; Buil. po/
nir: vtrū vxores p̄t̄ phibitionē viroz
debeāt dimittere vota: nō tñ ieiunia ab/
eccia p̄stituta. qz deo et eccie pl̄ est obe/
diendū q̄ hominib;. sed ieiunia que
vouissent sp̄ote illa p̄mittere possent
p̄pter phibitionē viroz. **S** Sciē/
dum q̄ quilibet ad prompte obediēdū
suis superioribus merito debz induci p̄/
ter tres p̄rogatiuas ipsius obedientie.
Prima est. quia obedientia est via certa
salutis eterne. qz sicut p̄ inobedientiam
homo fuit expulsus a gaudijs parady/
si: ita per obedientiam certitudinaliter
oportet illuc redire. Unde figura hu/
ius legit̄ur de tribus magis qui per ali/
am viam reuersi sunt in regionem suam
vt exponit Grego. Secūda quia obe/
diēt̄ia est schala regni celestis et felicit̄/
tis eterne. Insuper est etiam clavis eter/
ne iocūditatis. quia sicut nobis p̄ inobe/
diēt̄iam aditus eterne iocūditat̄ clau/
dit̄ur: ita ecōtrario per obedientiam no/
bis aperitur. Tercia est q̄ p̄latus est
in loco dei: et ergo subditus debet habe/
re p̄latum quasi vicarium dei. quia tan/
tam mercedem obediēt̄ie accipiet qui p̄/
lato obedit in bono qd̄ iuberyt si deo in/
hoc obediūisset. **Uñ** et eis dicit dominus
Luce. x. Qui vos audit me audit: et q̄
vos spernit rē. **Uñ** etiam p̄latos dñs
nominat de eos: Exo. xxij. Dñs non de/
trahes. **Uñ** subditis murmurantibus
moyses dixit Exo. xvi. Nō contra nos
est murmur vestrum: h̄ contra dominū
Ergo p̄tra p̄latos non est murmurā/
dum. h̄ eis humiliter obediendū sic;
dño. **Uñ** Bern. Quicquid vice dei p̄/
cipit homo qd̄ sit certum non displicere
deo: hoc nō est accipiendū quasi p̄ced

Se quarto

plat homo: h̄ quasi deus. ¶ **S**ecundo pa-
 trem spūalem honorare debem? sibi de-
 bitū iusticie integraliter psoluēdo. vt vi-
 delicet sacrifices qñ fuerit sacrificandū.
 et decimā prestes de oibus bonis tuis
 et etiā sibi psitearis qñ fuerit psitendū
¶ **Q**uerit quō decime et talia sunt
 soluēda. Respondeo fm̄ Bui. lugdu-
 neū. q̄ de meliorib; sunt soluēda et non
 de deteriorib; **¶** **U**n̄ Ecclī. xxxv. Nolī of-
 ferre munera praua: nō em̄ suscipiet illa
¶ **I**tem Numeri. xvij. Oīa que offert; de
 decimis optima et electa erūt. Item de-
 bent etiā solui absq; mora. vñ Exodi.
 xxij. Decimas et p̄mitias non tardabis
 offerre. Item integre sunt etiam soluen-
 de hm̄oi. vñ Ecclī. xxxv. Bono animo
 gloriā redde do: et nō minuas p̄mitias
 manuū tuaz. Sed hic pauci sunt q̄ de-
 cimas sp̄ote et integre soluūt: cū tamen
 sit p̄ceptū Malachie. iij. Inferte om̄es
 decimas in horreū meū. Seruātes at̄
 illud p̄ceptum in q̄tuor remunerantur.
¶ Primo remuneratōe temporalī: que est
 abundātia rerū. Secūdo remuneratōe
 corpali: que est sanitas corpoꝝ. et de his
 duob; dicit Aug⁹. Si decimas dede-
 ris nō solum abundātia fructuū recipi-
 es: h̄ etiā sanitatem corpis conseqr̄is.
¶ Tertio remuneratōe spūali que ē ad ep̄-
 tio p̄mior et peccatoꝝ venia. de his duo-
 bus dicit Aug⁹. Qui sibi vult eternum
 p̄m̄ium p̄parare ac peccatoꝝ veniam. p̄-
 mereri: decimas reddat. **¶** **U**n̄ legit̄ exē-
 plum. Miles quidā in dādis decimis
 erat deuotissimus. habebat aut̄ vineā
 quandā que solebat ferre annuatim de-
 cem carrucas vini. tpe v̄eo quodam de-
 dit nisi vnam carrucā vini Quo viso di-
 xit miles. quod meū erat dominus mi-
 hi abstulit: ego illi portionem suam nō
 auferam. s. decimam p̄tem de decē car-
 rucis: vade et da sacerdoti hanc carrucā
 quod et factum est Eodem tempore fra-
 ter militis sacerdos quidam transiens
 iuxta vineam predictam refertam vuis

inuenit Et arguens fratrem de tāta ne-
 gligentia collectōis vuarum quare tam
 diu cū collectura tardass;. Et miles estī-
 mabat eum loqui talia ex quadam sub-
 sannatiōe. Tūc dixit sacerdos seriose vi-
 neam vuis esse plenissimā. Et sic inue-
 tum est q̄ vberiores fructus tūc habuit
 q̄ habuerit aliquo āno preterito **¶**
¶ **T**ertio honorare debemus patrem
 spūalem ei honore et reuerentiā exhibē-
 do. et de hoc scribit Ecclī. vij. Honorifi-
 ca sacerdotes et da eis p̄tem vt manda-
 tum est tibi. Sed ve illis q̄ sacerdotes
 nō honorāt: h̄ ip̄is detrahūt et infamāt
 qui rursus crucifigūt filiū dei in semet-
 ipsis: vt ait ap̄ls. Nā quoties sacerdo-
 ti vel religioso detrahis toties spineam
 coronam capiti christi imp̄mis. quia ip̄-
 si sunt caput et superior pars ecclie mili-
 tantis. Quoties autem ip̄is iniuriā fa-
 cis toties ip̄m xp̄m clavis p̄figis Quo-
 tiens eis p̄uitiatus fueris toties in facie
 em̄ xp̄i p̄p̄uis. quoties ip̄os exosos ha-
 bueris vel dicta eoz exprobraueris: to-
 tiens lancea latus xp̄i trāffigis. **¶** **U**nde
 cū xp̄s ostēdere voluerit quātum istud
 peccatum detestetur: declarauit hoc in
 pena insolita quā dathan et abyron p̄-
 tulerunt dū eos viuos terra absorbit
 p̄ eo q̄ ip̄is sacerdotibus insultauerūt
 et ignē alienū obrulerūt. Ex quo patet
 q̄ sacerdotes ab om̄ibus merito st; ho-
 norādi p̄pter tria. Primo p̄pter tuā vt̄-
 litatem. quia per absolutōem te a pecca-
 tis purificant. et per sacramēta in eē gra-
 tie te cōfirmant. et regnum celozum per
 clauem suelinguētibi aperūt et referāt
¶ Secundo ratione dignitatis: que tāta
 est q̄ suum creatorem mirabiliter creat.
 et pro humana salute immortalem hos-
 stiam consecrant. **¶** Tertio ratione pote-
 statis. quia iram dei per oblatōem suā
 placant. et manū dei ad v̄lascendū erect-
 tam quodāmodo immobilitant virtu-
 te oblationis pro te facere. **¶** **U**nde aucto-
 ritas. Sacerdos est sigillum dei: clauē

precepto

per celi: os ecclesie: sepulchrum xpiani-
marum: medicus: dignior angelis: gallus
excitans clamore suo a somno peccati.

Quod pater est honorandus triplici

Atrem celestem. scilicet supernaturalē
id est ipm deum pater omnino
tentem honorare debes triplici-
ter. Primo in seipso. Secundo in unico ei
filio iesu chro. Tertio in eius matre vir-
gine benedicta et gloriosa. In se siquidem
debes honorare celestem patrem triplici-

Primo sibi p omnibus beneficiis tam
donis naturalibus quam gratuitis devotas
et iuges gratiarum actiones referendo. ad
quod frequendum remonet scriptura p
pheta dicente. Benedicā dñm in omni
tpe. Ad hoc etiam te monet tota natura
Videmus enim quod aviculae statim cantant
et creatorē suū laudant cum in aurore lucet
et diei diuinū beneficium sentiunt. Val-
de autē est absurdū quod ibi obmutescat crea-
tura rationalis ybi deo plaudent creatu-
ra irrationalis et iubilat. Ad hoc etiam te
excitat natura tua propria. nam in corpore
humano formavit natura tot membra ut
dicunt philosophi: quot sunt dies in anno.

Et ex hoc rationali instinctu informet
ut nulla dies transeat sine laude diuina et
gratiarum actione. **S**ecundo modo ipm
patrem supernaturalē honorare debes
omnes actiones tuas cogitationes et affecti-
ones in suam laudem et gloriam referendo
Ad hoc hortatur nos apostolus cum dicit
Colocē. iij. Omnia quecumque facitis in
verbo et opere: omnia in nomine domini
nostri iesu chri facite. Omnia scilicet ve-
stra dicta vel facta et cogitata in eius glori-
am et honorem referendo. Et ex hoc tue
actiones non censentur humane: sed potius
celices diuine: quia celicam formam
ipsis imprimis quando in eis solum di-
uinum honorem intendis. **C**ontra deo
maximam iniuriam irrogat qui in suis
actibus intendit ostentationem propriam
aut complacentiam humanam. **E**xemplū
de illo qui arborem fructiferam planta-

uit in horto suo et alius sibi pro solentiam
surripit et in horto proprio reponit. Nam ar-
bor fructifera est bona voluntas per di-
uinam gratiam irrigata et fecundata: que
tot fructus bonos producit: quot actus bo-
nos et meritorios elicit: quā tunc de hor-
to dei euellimus et in hortū diaboli tran-
splantamus quando de actibus virtuo-
sissis de alijs donis nobis diuinitus con-
cessis superbimus et nobis ipsis ascribimus:
vel per eorum recognitionem de laudibus de-
bitas non referimus. **T**ertio ipm ho-
norare debes cum pro omnibus et sup om-
nia diligendo. Ad quod potissime mo-
ueri debes ex eo quod tantis amoris bene-
ficijs te diligendo dorauit et puenit: nā
cum non esses de nihilo te creauit. Cum pro-
ditus esses: te proprio sanguine redemit
ut beatus esses: et seipm in laboris tui pro-
mū repromisit. **Gen. xv. Ego ero mer-
ces tua magna nimis. Ideo aures fm
Aug. Te tam multiplici dilectione pro-
uenit ut omnem ingratitudinem et repidita-
tem sui amoris in corde tuo excluderet:
ut si quandoque piguisset amare: iam non
pigeat reamare quod autē deo sit multū ac-
ceptum eū diligere et laudem eius in om-
nibus querere: et ei in omnibus tam in pro-
speris quam in aduersis semper gratiarum ac-
tiones referre: et insup ipsi homini multū
utile et salubre patet per illud exemplū
Legitur quod quidam monachus ordinis ci-
sterciensis fuit cuius virtute multi sanabantur
firmi: maxime ex contactu vestimentorum
eius. Qui cum interrogaretur ab abbate
que esset virtus miraculorum. Respon-
dit non pre ceteris fratribus laboro ieiunio
vel oratione. sed hoc vnum scio quod extolle me
non potest prosperitas nec frangere aduersi-
tas. Cui abbas. Non turbauit quod mi-
les quidam nuper grangiam nostram in-
cendit? Respondit non. Totū enim deo
commisi si modicum habeo cum gratiarum ac-
tione recipio: si multum iteque gratias ago
Et cognouit abbas quod virtus tantorum
miraculorum esset amor dei: et contemp-**

Se quarto

rerum terrenarū **X** **C** Patrē celestē se-
cundo modo honorare debes ī filio ei⁹
bñdictoynico domino nostro iesu ch̄o
z hoc tripliciter. Primo saltem semel in
anno ipsum ad tuum hospitium iuitā/
do. Scias autem q̄ quotiēs deuote cō-
municas: totiens ipsum ad tuum hospi-
tium iuitas. **C** Sciendum q̄ quilibet
fidelis postq̄ ad annos discretionis p-
uenerit confiteri tenetur omnia peccata
sua: z cōmunicare saltem semel in anno
sc̄; ī pascha: nisi de consilio sui sacerdot⁹
vel ppter aliam causam rationabilē ad
temp⁹ abstineat: vt patet extra de peni.
z re. ca. **Dis.** Et q̄cunq; saltem semel ī
anno non cōmunicando statutum eccle-
sie pertinaciter violauerit peccatur mo-
tale incurrit. Secundo vt eius filius be-
nedictus ī sacramento altaris q̄libet chri-
stianus ad minus semel ī die libent⁹ vi-
deat z missam audiat: qz ex illa visio tri-
plex solatium hoī puenit. Primū est de
peccatis cōpūctio. Exēplū de petro: q̄
statim visu xp̄i post negatōem compū-
ctus fuit. z seipm hūiliter recognouit.
Et sicut quoq; contigit ex deuota contē-
platōe sacramenti q̄ peccator compū-
gitur: z peccata sic ei dimittunt. Exem-
plū de publicano: qui in contritiōe vera
dixit. Deus p̄pici⁹ esto mihi peccatori. Se-
cundū est q̄ angeli cū eodem hoīe solēt
gratāter habitare. z talis homo p̄ficiat
rā ī donis spūalibus. sc̄; ī virtutibus q̄ ī
corporalibus. id est necessarijs corpor⁹.
Tertū q̄ tali hoī ī iudicio coras oībus
gratiarū actio maior a dom̄o referet: et
coram oībus ī celo acceptior familiarior
z dilectior erit. Tertio quādo cunq; ī
ecclesia vides corp⁹ xp̄i ī missa eleuari seu
ī via portari: vel et⁹ audis nolam aut cā-
panā ad eleuatōem pulsare: te ipsum fle-
ris genibus humiliter: z cum reuerēter
z deuote adores. Id est quod hortatur
ap̄ls philippē. ij. In noīe dom̄i om̄e
genū flectatur. zc. Unde q̄libet non so-
lum quādo videt corpus xp̄i eleuari in

missa: sed et⁹ quādo non potest esse ī ec-
clesia p̄ laboribus suis z audit pulsus q̄
fit ī fra eleuatōnem corpus xp̄i debet ge-
nua sua flectere z deum humiliter inuo-
care. Unde legitur exemplū de hoc q̄ q̄
dam mulier a diabolo temptata laque-
um ad suspēdū sibi p̄parauit. Que dū
cepta conaētur perficere: ecce p̄ eleuatō-
ne corpus xp̄i iuxta morem campanel-
lam audiuit. Tunc illa mulier flexis ge-
nibus deuote dixit. Aue iesu xp̄e fili d̄i
miserere mei. Et ecce mox trabs z funis
suspēdy fracti sunt demonibus fugien-
tibus z dicentibus. Quia virtus presen-
tie corpus xp̄i te liberauit a temporalī
z eterna morte. **X** **C** Patrē celestē
tertio modo honorare debemus ī m̄re
sui filij benedicti. Que mater merito ab
omnib; hominibus ē venerāda: qz a dō
donata est in matrem omnib; hominib;
vt ip̄s in omnibus necessitatibus sub-
ueniat. Circa cui⁹ adiutorium quattuor
sunt cōsideranda. p̄mo q̄ efficacit ad-
iuuat: Secūdo vnde hoc habeat q̄ taz
potēs ē. Tertio qualit̄ adiuuat. Quar-
to ppter quid adiuuat. z hoc itō. qz p̄t
z sc̄t z vult. Ipsa enim habet ad adiu-
uandum posse: quia est mater omni-
potētie. Unde Bernardus. Data ē tibi
omnis potestas in celo z in terra: vt om-
nia quecunq; volueris valeas īpetrare.
Item habet adiuuandi sapientiam: qz
cognoscit defectus nostros et necessita-
tes nostras. Ergo dicitur mater sapiē-
tiaz agnitionis. Unde Eccl̄. xxiiij. Ego
mater pulchre dilectōis z timoris et ag-
nitionis z sancte sp̄i. Item habet adiu-
uandi velle: quia est mater misericordie
z bonitatis. Sciendum q̄ magnitudo
misericordie virginis marie ostenditur
ī hoc q̄ eius misericordia precellit om-
nium sanctorum misericordias in celo
viuentium. Unde assimilatur oliue cā-
pi que est omnibus patens z cōmunis.
Eccl̄. xxiiij. Quasi oliua speciosa ī cam-
pis. Nam omnibus personis miseretur

precepto

nobilibus: ignobilibus: sanctis: infirmis
diuitibus: et pauperibus: iustis et iniustis
iuuenibus et antiquis. Item omnibus
morbis et infirmitatibus subuenit si p
honore dei est et homo liberetur ab ill.

Unde sciendum quod sancti non iuuant
hominem nisi quantum deo placet et sa/
luti ipsius hominis expediens est. Ergo
credere diffinitive ut qui honorat illum
sanctum: vel quod hoc facit vel quod hoc dimittit
ad honorem illius vel illius sancti quod ideo
sibi hoc contingat vel hoc eueniat: hoc sic
credere est erroneum. Quod forte sic voluntas
dei est. ut non liberet a tali infirmitate vel
tribulatione vel necessitate. Et sancti non
orant pro nobis nisi in quantum cogno/
scunt deum se uelle eos exaudire. Quia
forte talis infirmitas vel talis necessitas vel
paupertas est tibi causa salutis: et preseruat
te forte a peccatis: aut forte deus ex mise/
ricordia sua uult sic punire in presenti pecca/
ta tua: aut per has tribulationes auge
re meritum tuum. Unde Hugo de sancto
Victore. in libro de anima. Quos/
dam presciens deus multa peccare pos/
se flagellat in infirmitate corporis ne pec/
cent: ut eis felicitas sit frangi laboribus
ad salutem quam remanere incolumes ad da/
natorem. Unde Augustinus in libro de ci/
uitate dei. Deus cum aduersis rebus exagitat:
aut merita examinat: aut peccata casti/
gat: aut mercedem tibi eternam pro tole/
ratis malis temporalibus seruat. Et er/
go cum puer tuus infirmatur: aut aliquis
defectus habet: et tu imploras et iuocas
patrocinium alicuius sancti. committit hoc
debes deo et illi sancto utrum expediat:
et non diffinitive tenere nec credere si hoc
vel hoc faceres quod puer tuus propterea
liberaretur. Quia tu forte cum peccatis
tuis demeristi quod deus te punit in pue/
ro tuo ut per has tribulationes et occu/
pationes quas habes cum puero pecca/
ta tua cognoscas: et sic cum deuotione deum
iuoces: et merearis remissionem peccatorum.
Et tamen nihilominus sancti innocen/
ter

ter honorandi sunt cum magna fiducia
quia meruerunt hoc apud deum quod pos/
sunt nobis subuenire in nostris necessi/
tibus. Item misericordia marie ostendit
dicitur pro alijs sanctis: quia iuuat in om/
nibus locis: in mari: in terra: in domo:
in campo: in mensa in lecto. Item in om/
nibus operibus diu nocturnis: de mane:
de sero: in iuuentute: in senectute: et sic de
alijs. Unde Bernardus. Virgo bea/
ta omnibus veniam petentibus miseri/
cordie sinum aperit: reus obtinet veniam:
egris medelam: pusillis corde robur: af/
flictiis consolationem. periclitantibus ad/
iutorium et liberationem. Unde Chry/
sostomus. O dulcis uirgo non est fas te
posse illum deserere: qui spem suam fi/
ducialiter in te ponit. Ex his patet ma/
gnitudo misericordie marie. aa

Circa secundum notandum uirginem ma/
ria hoc habeat quod tam potens est in ce/
lo et in terra. Respondetur quod hoc habet
triplici ratione. Et hoc patet ex eo quod quis
potest apud aliquem regem terrenum habere
magnum posse: aut ratione parente/
le: aut ratione gratie inuente circa illum
regem: aut ratione beneficii quod exhibuit
illi regi. Ista triplici ratione beata uir/
go apud regem celestem obtinuit magnam
posse. Primo ratione parentele: quia est
mater regis eterni. Et ideo merito ha/
bet magnum posse tanquam mater regis cele/
stis. Hoc signatus est. in Regum. in. ubi
dixit salomō. Bersabee matri sue Pete/
mater meam a te. Secundo habet magnam
posse ratione gratie inuente. Unde dixit ei
angelus in annuntiatione. Inuenisti enim
gratiam apud dominum. Et non tantum
apud deum inuenit gratiam: sed etiam apud
totum mundum. Unde Bernardus. Unde
dicitur Maria gratia plena: quia deo
angelis et hominibus est grata: deo pro hu/
militatem: angelis pro seruitutem: ho/
minibus pro fecunditatem. Tantam gra/
tiam apud deum inuenit quod eam ab eis
f 2

Se quarto

no sibi in mēz elegit. **T**ertio tāta grāz inuenit q̄ oēs petitiōes eius exaudit. **U**n̄ ij. Regum. ij. **O**m̄e qd̄ petieris a me: impetrabis. Illa vero dixit salomō matri sue: sicz x̄ps d̄t matri sue. **T**ertio h̄z magnū posterōne meritū. Quia ip̄a sup̄ oēs puras creaturas merita cumulauit. **P**ro quo sciendū q̄ eius merita sūt nobilia magnaz multa. **P**rimo dico nobilitā p̄t̄ imediatiōem. nā opera miscēdie q̄ nos iubemur pauperibus exhibē: ip̄sa imediate in ip̄m deum exercebat. **I**p̄sa enim cum lacte suo potauit: et pauit. **H**ospitio vteri sui hospitaui: vestiuit euz humanitate. scz corpore: quod d̄ purissimo sanguine eius factum est cooperatione sp̄s̄ sancti. **I**acentem in cunis: pendētem in cruce tanq̄ in carcere visitauit: quia iuxta crucē stetit: et sepultuē eius interfuit. **S**ed quia opa miscēdie q̄ nos facimus pauperibz exhibem: ip̄sa imediate in ip̄m deum exercebat. **E**rgo eius merita sūt nobilioza merita nostris. **S**cdo fuerunt eius merita magna p̄t̄ duplatam operatiōem. qz si mulz semel contēplatiōem et actionē exercebat. **N**am in eo q̄ nutriuit ih̄m necessaria corporis ministrādo: in hoc ip̄sa intendit deo: eius deitatē sublimiter contēplādo. **T**ertio eius merita fuerunt multa p̄t̄ continuatiōem: quia sine cessatiōe meruit: et merita cumulauit. **S**ed diceret: quō semp meruit: et ne aliq̄n comeditz bibitz dormiuit. **R**espondeo q̄ illa oīa necessaria corporis discretē ordinauit: q̄ etiam cessando ab operibus et quiescendo semp meruit: et hoc ex feruenti charitate. **E**t hoc nō est mirum: quia nobis est possibile semp mereri in omnibz que facimus v̄l dimitimus. cum in gratia dei sumus et omnia ad deū referamus. **U**nd̄ ap̄ls Ro. 8. **S**cimus qm̄ diligentibz deum omnia coopantur i bonum. **I**n hoc etiam precellimus sc̄tōs i celo existentes. qz nihil amplius mereri possunt. **S**z nos pos-

sumus in p̄sentivita semp mereri. **U**erbi gr̄a. **S**i comedis p̄t̄ confortatiōem nature: et cum gratiā in actione cibis tuis laudat deum: et sic comedēdo mereris coronā vite eterne. **S**i dormis intentione ea vt fortior fias ad surgēdū et seruendū deo dormiēdo mereris. **G**reg. **S**omn̄ sc̄tōz non vacat a merito. **I**tem si laboras manualiter ea intentione vt habeas vnde tey p̄orem tuam et pueros de iustis bonis nutrire valeas. vt non indigeas furari: nec quicq̄ iniuste lucrari v̄l si laboras vt penitentiā. **A**de humano generi iunctaz pficias. **E**t quando cum qz haz trium intentionū vnam habes: et sic in gratia laboras: semp mereris in quolibet opere coronā vite eterne. **E**rgo pistoz non p̄t̄ pinsere panem quin si mereatur coronam. **S**imiliter faber sutor rusticus et sic de alijs laborantibz. **E**t pro vno die in quo fideliter laborasti habebis maius premium q̄ totus mūd̄ valere potest. **U**nd̄ ps̄. **L**abores manuum tuaz qz manducabis. et **U**nde Bernardus de consideratiōe. **S**i labor occurrerit merces inuiter vnusquisqz enim fm̄ suum laborē mercedē accipiet. **U**nde Ambrosius. **B**reuis huius laboris ē meta: sed corona p̄t̄etua. **T**ertio sciendum qualiter beata virgo adiuuat. **I**p̄sa quidem iuuat hoīem in omni statu. scz in vita: in morte: et post mortē. **U**nde canitur de ea. **M**aria mat̄ gratie mater miscēdie. et c. **A**diuuat quidem in p̄sentivita tam malos q̄ bonos. **B**onos. scz eos in gratia confortando et eis gratiam augmentādo. **I**deo d̄r. **M**aria mater gratie. **M**alos vero ad misericordiā et penitentiā reducendo. **I**deo dicitur **M**ater miscēdie. **L**itea qd̄ queritur. **U**trum ip̄a vel eius filius sit magis misericors. **R**espondeo q̄ filius eius: quia sicut est infinite potentie: sic est infinite miscēdie. **U**nde ps̄: **M**iseratiōes eius super omnia opera eius. **S**ed ip̄a dicitur mater miscēdie: quia semp m̄

precepto

sericorditer agit. Sed filius eius est iustus et misericors in omnibus operibus. Ideo dicitur. Mater misericordie. Adiuuat etiam in morte ab insidijs diaboli protegendo. Ideo subditur. Tu nos ab hoste protege. Adiuuat etiam post mortem animas in suis manibus suscipiendo et in celum deducendo. Et ideo subdit. Et in hora mortis suscipe. **¶** Quarto propter quid nos adiuuat. Pro quo sciendum quod virgo gloriosa iureiurando teneatur obligatur nobis peccatoribus misericordiam et gratiam exhibere et nullo modo valeat a nobis continere misericordiam. Etiam si vellet iusto dei iudicio conuincit oportere gratiam nobis dare. Et hoc ostendit triplici ratione. Primo conuincit nobis gratiam exhibere propter ipsius gratiam uentorem. Humanum enim genus in lapsu primorum parentum gratiam perdidit: quam angelo testante Maria inuenit. Sic enim ait angelus ut habet Luce. p. Inuenisti enim gratiam apud dominum. Iustum autem est tam in iudicio ecclesiastico quam ciuili ut qui rem alterius inuenit e restituat cuius erat. Et sic per iustam sententiam cogitur maria nobis peccatoribus qui gratiam perdidimus restituere uel nolit. Secundo cogitur nobis misereri propter maternum affectum: nam ex eo quod eius filius dignatur dicere esse frater noster. iuxta illud psalmi. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Item in euangelio dicit Christus Magdalene. Glade et dic ad fratres meos. Item ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. Ex hoc iusta ratione cogitur esse mater nostra. Scimus autem quod omnis mater diligit filios suos. Unde sicut ihesus christus secundum deitatem naturalis est filius patris: et omnes electi filij adoptiui. Sicut similiter ihesus christus secundum humanitatem est filius virginis marie: et nos eius filij ex materna affectioe. Hinc est quod Luce. i. dicit. Deperit filium suum primogenitum: quia primogenitus eius filius iusto ordine dicitur respectu

nostri qui post illum eius filij sumus. Ex hac autem materna affectioe cogitur habere curam nostri. Scimus quod omnis mater animalium volucrum serpentum etiam quantumcumque venenosam habeant ferocitatem: diligit tamen immo cogit diligere refectum suum. Quod si tam fortis est natura ut omnis creatura ex virtute materna cogit uelle bonum filiis suis: multo magis diuinus affectus in matre dei cogitur nos amare. quia filius dei qui in misericordia venit in eius uisceribus: immo qui misericordia dicitur et est. Ipse fecit eius uiscera in eternum misericordiam redolere. Hinc Bernardus. Qui pomum in manu habuerit per medium diem: per reliquam partem diei manns redolet odorem. Sicut similiter quia misericordia que deus est in eius uisceribus nouem mensibus requieuit. ideo eius uiscera redolent misericordiam in eternum. **¶** Tertio cogit nobis misereri ex filij recommendatione. Ad hoc enim elegit filius marie tempus et locum aptissimum quo nos recommendaret matri: hoc est tempus passionis et locum passionis quo dixit. Mulier ecce filius tuus: ut ex loco et tempore ipsam recommendationem ei profundius inculcasset. Nam nomine iohannis qui interpretatur gratia: omnes peccatores conuersi ad dominum intelligunt quod in illo loco et tempore matri recommendare uoluit: ut cum ira dei iusto dei iudicio egredere ad puniendum et damnandum peccatores: ipsa memor loci et temporis passionis pro nobis affectuosius interpellaret ac si in illa causa seu recommendatione filius eius ei diceret illud Esate. xvi. Absconde fugientes et vagas ne perdas. ac si diceret. Et de mater oculis cordis et corporis quos quantum et qualia pro peccatoribus patior. et eos tibi habeas recommendatos. Licet hec multa et magna sit valde misericordia matris christi super peccatores tamen maior est misericordia filij: ut patet quia ipse est misericordia habens misericordiam essentialiter in infinitum: affectus

Sequinto

sius cupiens nos saluari q̄ damari.
Et ideo matrem sue passioni interesse vo-
luit: vt per suam intercessionem cui nō
est fas aliquid denegare occasionez ha-
beat miserendi. **Q̄** autē **M**aria sollici-
ta sit reconciliare peccatores: patet p̄ ta-
le exemplū ee. **C** Fuit quidā peccator
volens ire ad peccanduz. ad altare bea-
te virginis stabat salutans eam angeli-
ca salutatione. Quia modus eius erat
quandocunq̄ poterat altare vel imagi-
nem virginis salutauit. Quod cum face-
ret: vidit imaginem eiusdem virginis q̄
sup altare erat viuificari cum puero quez
tenebat. Viditq̄ sanguinem fluē d̄ pu-
ero in gremiū eius: sicut fluxerat de vul-
neribus christi in cruce. Quod cum cer-
neret obstupefactus est dicens. **O** dñā
quis fecit hoc? Et beata **M**aria respondit
Tuz ceteri peccatores qui amplius cru-
cifigitis me z filiū meum q̄ fecerant iu-
dici. **V**olebatq̄ **M**aria sanguinez puē ter-
geret restringere: sed nō poterat. Et pec-
cator ille conuersus ad imaginem dixit
O mater misericordie intercede p̄ me.
Et illa **V**os peccatores vocat̄ me ma-
trem misericordie qui non cessatis face-
re me matrem miserie z tristitie. Et ille
Non sic p̄issima domina loquere: h̄ me
memento aduocaram peccatoz te esse inf-
cedere pro me. Et mater ad filiū. **O** p̄s-
sime fili amore mei miserere huic pecca-
tori. Et filius. **N**ō mater. **N**ec grauari
debes q̄ te non audio: quia ego rogauī
patrem meū p̄mo si possibile foret aliter
humanum genus saluari transferret a
me calicem passionis. Et noluit audire
me. Et mater. **O** fili memento q̄ te ma-
terno amore foui z alui vberibus z pec-
tore meo. z cōdona huic peccatori. Et fi-
lius. **O** mater ex iusticia tibi ostendo q̄
exaudire te non teneor. Et mater. **N**ō
in iusticiam causemur: sed ad misericor-
diam confugimus. Et ergo p̄pter tuaz
misericordiam miserere huic peccatori.
Et filius: rogauī ego secūdo p̄rem meū

vt si possibile foret alio modo gen⁹ hu-
manū saluari trāfferret a me calicē passi-
onis z nō audiuit me. Et mater. **O** fili
memento laborū quos sustinui tecum: z
dona mihi istū peccatorē. Et fili. **O** ma-
ter noli grauari q̄ te nō exaudio: sed me-
mento q̄ tertio rogauī patrē meū vt trā-
ferret a me calicē passionis z nō exaudi-
uit me. Et pia mater deposuit filiū z vo-
luit p̄cidere ad pedes eius. Quod cer-
nēs filius inq̄t ad eā. Quid est mater
q̄d facere vis? Et illa. **T**andiu ad pe-
des tuos cū peccatore iacebo quousq̄
ventā ei cōcedas. Et filius. Absit hoc
mater: sanctū est in lege diuina q̄ fili⁹
debet honorare matrē. Et iusticia con-
cludit. q̄ ille legem debet implere qui le-
gem dedit. cum autē ego sim filius tuus
et tu mater mea te honorare volo in isto
peccatore: z sibi p̄pter te omnia peccata
indulgeo. z sic pax erit inter me z eum.
Et in signum pacis osculet̄ vulnera mea
Et sic peccator osculando sanauit om-
nia p̄j christi vulnera.

De quinto p̄cepto

Non occides. **I**n q̄ pre-
cepto phibetur homicidium
a quo peccato p̄mo debet co-
hibere homines hoc q̄d ipm
est contra naturam: Docuit em̄ natura
ai alia q̄ deberēt diligere ea que s̄t eius-
dem speciei cum ipis. **U**nde **E**ccl̄. xiiij.
Omne animal diligit suum simile. **U**n-
mirum est quomodo homo vult occide-
re suū simile scz alium hominem. cū na-
tura doceat vnum lupū amare alium.
Sic similiter intelligendū est de homi-
ne q̄ naturaliter z ex instictu nature de-
beret diligere alium hominē sibi similez
Un **A**restoteles octauo **E**thicoz. **O**m-
nis homo omni hominī naturaliter est
amicus. Ergo talis peccat cōtra natu-